

(idque ex rei veritate) *objectum sit, quod allegoria involucris, & anagogia ambagibus vim fecerit reclamantiliteræ, & veritatem scripturarum sustulerit.*  
 L. IV. Bibl. p. 351. Ipse tamen Spiritus Sanctus, sui optimus interpretes, I. Cor. II. II. in *mystica Theologia* aliud quod mysterium subintellexit, & meditandum nobis proposuit, nempe sub *luce & die* rerum divinarum notitiam, consequenter sub *tenebris & nocte* ignorantiam earundem, & *errores* subinde occurrentes. Apud Paulum, suum interpretem & amanuensem, rationem redditurum suæ *χρυσολογίας*, hæc verba legimus: *ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκοτῆς φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τῆς Θεῶ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* B. Lutherus vertit: *Denn GOTT der hieß das Liecht aus der Finsternis herfür leuchten / der hat einen hellen Schein in unsere Herzen gegeben / daß durch uns entstände die Erleuchtung von der Erkänntniß der Klarheit Gottes / in dem Angesichte Jesu Christi:* Quibus verbis manifeste digitum intendit ad Mosaica, paulo ante allegata, & connexa, & per *lucem* significari ait *verbum ipsum DEI προφορικὸν*, splendidissimum sua charitate, revelatum nobis à Christo, ipsa luce, qui arcanorum divinorum primus omnium conscius est. Nam *Deum nemo vidit unquam, sed Filius DEI, qui in sinu Patris est, ille nobis enarravit,* Joh. I. 18. Per *illumi-*